

- ORATIONES XIX.
- I. Oratio Teuberi in promotione Doctorum.
  - II. Proferri de Vita Ciliippi.
  - III. Chytrai de origine Jurisprudencie.
  - IV. Proferri De disciplina Nova et Veteri tam domestica q̄ reſcolastica.
  - V. Johannis Sacerdotis. 1. De observando Christi die. 2. De morte arcana. 3. De mysterio trium Patriarcharum.
  - VI. Oratio quæ summi de certo genere vite hominum nobili deligendo.
  - VII. Hæwenreuteri de Arte Medica.
  - VIII. Gwini de Vita.
  - IX. Oratio de studio Græcæ lingue vsu in Vita M. Bergii.
  - X. Chytrai de Chirurgia.
  - XI. De Vita et Obitu Nicolai Leutingeri.
  - XII. De Vita et Obitu Annae Electorissæ Saxonie.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

D. 30,

<sup>XI.</sup>  
ΔΙΗΓΗΣΙΣ

PARENTALIS

BREVIS ET PIA

DE VITA ET OBI-

TV NICOLAI LEVTINGERI

V. & Theologi Opt.

*Auctore*

M. NICOLAO LEVTINGERO.

*Psalmo 118.*

Non moriar sed viam & enarrabo  
opera mirabilia DEI.



15

86.

XI

VVITTEBERGAE

Matthæus VVelack excudebat.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

P  
M  
&  
O

u  
l  
r  
d  
r  
l  
c  
l



**P R V D E N T I S S I M I S**  
**M I S V I R I S P I E T A T E**  
 & virtute præstantibus, Dominis  
 Cofs. & Senatorib. veteris Lans-  
 bergi, Dominis & amicis  
 S. obseruandis sa-  
 lutem P.



Redo vos, viri prudentissimi, in-  
 telligere, quæ pijs doctoribus post  
 mortem debeantur, videlicet non  
 solum, ἢ μνήμη τῆς διδασχῆς θεῶν,  
 ut memores simus illius doctrinae, quam  
 Deus per illos nobis tradidit, sed etiam  
 ἢ ἀναθεώρησις τῆς ἐκβάσιως τῆς ἀναστροφῆς  
 εἰς ὑπόδειγμα πῶστε χαριτόε καὶ τῶν ἀδελφῶν  
 ἀρετῶν, ut consideremus, quam pie vixe-  
 rint & mortui sint, & quomodo per Chri-  
 stum mundum in vera fide abdicata vo-  
 luptate carnis vicerint. Hoc sine edere  
 hanc δὴν γνησιῶν toties interpellatus volui,  
 & quidem de patre, ut vobis de pietate in  
 pastorem gratularer, reliquis vero cura  
 rentibus calcari adderem, & si qua excidiss-  
 sent

sent in memoriam reuocarem, meo quoque  
exemplo filios omnes incitarem, ut  
quoque post mortem in amore patrum consensere  
vellent, eorumque dicta & facta etiam  
tenuia, si modo laudabilia magnifacere  
& oculis, auribus, ore, menteque ipsa  
impressa habere, nam qui honorat patrem  
sermone, opere, & omni patientia iucundabitur  
in filiis suis, in orationis diebus  
exaudietur & benedictio Domini superueniet  
eum, in nouissimoque manebit. Eccl. 3.  
Fecerunt idem olim orthodoxi doctores &  
filij, qui patres defunctos publice laudauerunt,  
quem morem hodie adhuc obseruari  
prestaret, quam impietate negligi. Sic laudauit  
patrem suum publica oratione funebri  
Nazianzenus, sic alij. Miramur Alphonsi  
pietatem, stupefcimus ad Oppij factum,  
animus hic certe par. Præbuerunt etiam  
occasionem dubitanti, quos scitis, calumniatores.

Sub vestro autem nomine publici iuris  
feci, quod scirem patrem meum vobis  
fuisse semper carissimum, eiusque desiderio  
crebro adhuc ferri; præterea nemini potius  
us quam

us quam vobis conueniret, qui vidistis, au-  
distis, & experti pleraq; estis, ut vestro  
quasi testimonio & patrocinio autoritas  
tem scripto conciliaretis: Deniq; ut de  
mea in vos beneuolentia contra multorum  
calumnias apud vos contestarer? Quod  
reliquum est, ut de hac mea pietate can-  
dide iudicetis & pro vestra in me facili-  
tate benignè accipiatis, meq; complectas  
mini rogo. Deus vos in veritate & paz-  
ce conseruet. Vitaberga IX. Calend. Maij,  
quo die Fridericus Burggravius Norin-  
bergensis Electoratu Brandenburgico à  
Sigismundo Imp. Anno Christi 1417.  
donatur, cum ante paucos annos Iustus  
Moravia Marchio Lansbergum vilissis-  
ma pecunia Crumensehnensibus paulo  
ante discessum ex Marchia, undiq; per ex-  
pilationes collecta pecunia oppignorauis-  
set, Anno reparatae salutis M. D. LXXXVI.

P. V.

addictus

M. Nicolaus  
Leutinger.

**N**ascitur NICOLAUS Erfurti Tus-  
ringia Metropoli, patre NICOLAO,  
viro honesto, eo anno, quo mons Vesuvius  
in Campania magnam accolarum multitu-  
dinem suffocavit, ex familia LEV-  
TINGERORVM, cum tempore rena-  
scentis Evangelicae Lucis in extremam  
prius coniecta esset difficultatem, sub qua  
NICOLAI pater egere potius voluit  
honestè, quàm malo apud Deum nomine  
diescere. Alebat ille domi numerosam  
prolem, ex qua uniuersa NICOLAUS  
natura liberalioris erat. Etsi autem fa-  
cultates habebat exiguas, quod bonis pa-  
ternis non ita pridem exutus erat, sub dis-  
ciplina tamen domestica piè educatum,  
postquam ad linguam formandam laboris  
multum contulisset, ut tardè, clarè &  
distinctè loqueretur, excitauit. Quantum  
enim domestica hac consuetudo possit, nes-  
cio an ego satis intelligam. Corneliorum  
perfectò exempla docent, rem esse necessa-  
rii operis, & magni momenti, & ipse Cice-  
ro ijs se adminiculis ad parandam Elo-  
quentiam, quae sola videiur, huc vel illuc  
hominis



hominum mentes flectere, & demum ubi  
velit, sistere posse, usum, usque ad tantum  
ascendisse culmen non obscurus auctor est.  
Sermonem quoque Iulij Caesaris domestica  
consuetudine matris Aureliae excultum  
fuisse, quis ignorat? Formata lingua,  
mentem imprimis excolendam, ad quam  
actiones omnes & cogitationes successum  
felicem secundum Deum & fortunam  
propitiam referant, initio à pietatis stu-  
dijs factore rectè indicabat. Existimabat  
enim se melius facere, quàm illi, qui Ita-  
lorum morem secuti, in prima pueritia suis  
Galenii codicem, aut Iuris institutiones por-  
rigunt, ut inde literas discant. Missus deinceps  
ad scholam reliquos coequales facile superavit,  
ut breui ad classes superiores deduc-  
tus sit. Cum igitur animaduerteret  
filium naturam à liberalibus studijs alie-  
nam non habere, memoriaque viuacis ingenium  
imprimis alere, ut Reipub. Christiane  
commode, quam primum per aetatem  
posset, operam suam collocaret, Vimariam  
ad linguarum progressus maiores faciens  
eos deduxit, voluitque latina expeditum  
lingua, Musicaque exercitatum arte, quibus

cū alioquin modestus esset, postea multos  
sibi deuinxit. Nam etsi sint qui aliter  
sentiant, & ut in alijs, ita hīc quoq; Polli-  
onem sequantur, qui precipit, commodè  
agendum, quod rectè factum velimus,  
Quod si sepe agatur, minus fieri commodè,  
assiduitate enim nimia facilitatem ma-  
gis quam facultatem, nec fiduciam sed  
temeritatem parari: Quod Italis in lin-  
gua latina formanda familiare est, qui  
vix adduci possunt, ut in congressibus la-  
tinè loquantur, at si quando necessitas af-  
fertur exactissimè & quasi descripto dice-  
re meminimus. Cuius sententia GEOR-  
GIVS quoq; FABRICIVS erat, qui  
suos magis discipulos ad scribendum,  
quàm loquendum adsuescere volebat, ipse  
eius lingua in familiari sermone semper  
parcissimus. Illa tamen ratio suum quoq;  
habet locum. Hoc tacto fundamento Ise-  
nacum concessit, & initia lingua Graecae  
mediocriter didicit, & inde Magdeburgum,  
ubi à vidua religiosa domo & victu  
exceptus est. Huius urbis benignitatem  
& ciuium humanitatem pro merito laus  
dibus

dibus extollere satis non poterat. Cuius  
benevolentia partem ad se quoque reuolu-  
tam augebat orationis expedita suauitas.  
Pro consuetudine enim scholæ, à pueris  
conciones sacre, à præceptoribus conscriptæ  
publicè exercitij causa de memoria ciuibus  
auscultantibus recitabantur. Hic præcis-  
simam NICOLAVS laudem tulit, qui  
multum letatus opinione de se serio vel  
ioco excitata, non arrogantiam profectus  
obstaculum, & indocilitatis officinam,  
dum plerique videri potius volunt, quam  
esse, sed calcar & incitamentum ad des-  
pellendam ignauiam hinc sibi contra-  
xit. Sed ijs occupatum studijs acus-  
ta opprimit febris, usque adeo ut Magdes-  
burgum deserendum esset. Sanitati tan-  
dem restitutus ex diuturno morbo Ara-  
gentoratum abit, & præcipua lumina,  
non modo scholæ illius, sed & Germaniæ,  
quæ ibi cum aliquo numero erant, audis-  
uit, & eorum institutione, & opera usus  
est, tanta quidem felicitate, ut cum  
MARTINVS BVCERVS & CAS-  
PARVS HEDIO V. V. CLL. Visi-  
tatores

atores partim ingenium in illo deprahere  
dissent excellens, partim sequerentur aus-  
toritatem IACOBI STVRMIJ civis  
tatis & Imperij Rom. oratoris, commenda-  
rent Senatui, qui spem magna dignitatis  
fecit, si obligatum se civitati vellet, eo no-  
mine, ne extraditionis fines absq; volun-  
tate procerum cuiquam suam operam des-  
ferret vel addiceret. Sed aliò eum DEVS  
& fata vocabant, non enim nostri est in-  
genij, vel humanarum virium, hoc vel illo  
momento de rebus nostris statuere, quas  
certas & confirmatas esse volumus, verè  
enim actiones nostrae pendent ex voluntate  
te diuina, qua ex oculis seposita, ratio-  
nem consilij nostri ducem si sequamur, sit  
ferme, ut cursum optatum semper non  
teneamus. De huius schole civitatisq; stas-  
tu solebat nobis multa commemorare.  
Videndi igitur cognoscendiq; multa cupis-  
dus in confirmatiore doctrina Basileam,  
ubi ERASMI ROTERODAMI  
sepulcrum ἀυτόπτης inspexit, & inde Fria-  
burgum, Bernam Tigurum &c. contem-  
dit, quibus cum voluptate & fructu per-  
lustras

Instratis, tandem ex Academia Basiliensi  
si Ulmensibus commendatus scholae illorum  
aliquandiu adfuit docendo. Fatis autem  
illum ad Marchiam destinantibus, ubi  
messis quidem erat prae grandis, laboran-  
tium autem numerus exiguus, grauiter  
cepit decumbere. Solet enim ferè DEVS,  
quorum opera in arduis uti velit, eos in  
difficultatem max. prius conijcere, ex qua  
praesidijs eluctari humanis non posse viden-  
tur, ut deposita omni sui fiducia ad Deum  
ipsum cuncta referre, rebus imprimis flos-  
rentibus discant, neq; in secundis se effe-  
rant, neq; in aduersis diffluent. Cum igitur  
per valetudinem laboribus illis par-  
non esset, praecipuas Academias vidit, &  
cum per Moguntiam, in qua plura anti-  
quitatis monumenta atq; in vlla urbe ad  
Rhenum conspexit, Marpurgum venisset,  
Colonia substitit, ubi tùm Hermanus Ar-  
chiepiscopus Bonna reformationem in-  
stituerat. Cum in hac urbe mula-  
ta proteruè gererentur, cepit eum des-  
iderium videndi magnum illum Luthe-  
rum, Philippum itidem omniscium, quem  
ut ano

ut audiret, quod de Pomponio Leto aliàs  
scribitur, profitemem in max. frequentia  
auditorum, ipsi ante auroram à media no-  
cte ad præoccupāda subsellia præueniendū  
erat: & alios quoq; in Academia Viteber-  
gensi, urbemq; ipsam, quæ clarior est, quam  
ut indicari egeat. Ab his tandem An-  
drea Musculo commendatus est, qui beniz-  
gnè habitum, sic ut non rarò hanc in se  
voluntatem amicam predicaret, cum in  
Academia Francofordiana multum &  
iucundè conuersatus fuisset, in aulam ad  
Iohannem Agricolum Islebium, qui a-  
pud Electorem Brand. plurimum poterat,  
& in vrbe Arctoa Generalis nomine Ec-  
clesijs Marchie presidebat, dimisit. Islebio  
ingratus adeo non fuit, ut in intimam  
amicitiã, quam constanter, quo ad vixit,  
fouit, propter dona singularia, quæ in eo  
pralucebant, reciperet. Quantas autem  
in his peregrinationibus studiorum causa  
difficultates expertus erat solebat nobis  
prolixè narrare. Habet enim præteriti  
doloris commemoratio voluptatem quanz-  
dam non ingratham. Quintum tum in  
annum

annum Elector Brand. IO ACHIMVS  
II, paulo antequam expeditionem face-  
ret in Vngariam cum Imperio, permiserat  
subditis suis Euangelium IESV CHRIS-  
TI publicè docendū, & iuxta illius institu-  
tionem Sacramenta administranda: Huic  
deliberationi adhibuerat initio Iohannem  
Agricolam, qui prius visitator, mox  
Generalis nominatus formulam ex verbo  
Dei docendi & agendi per Marchiam pro  
sacris conscripsit. Eo quasi momento, Deo  
sic providente, Lansbergij Diaconum pe-  
tebant. Islebius igitur hunc licet iuuenem  
illis commendabat, cum prius egisset pri-  
uatim, auctorq; fidelis fuisset, de vocatio-  
ne illa quam DEVS per se faceret, non ne-  
gligenda, ex quo loco posset ad altiorem  
facile ascendere: Is quidem primum non  
refragari aut renuere obfirmatè, sed ex-  
cusare per etatem, indigitatēq; pre se  
ferre, alium rectius debere praefici, nam  
locum eum grauem desiderare virū. At in  
Ecclesia, inquit per iocum Islebius, Romas  
na olim Diaconi erant imberbes, cum non  
tām etatis, quam virtutis rationem has-  
bendam

bendam existimarent. Proinde non solum  
grandævis Ecclesiæ eget constitutio, sed iu-  
nioribus quoque, in quibus temperata sit  
grauitas cum modestia, qui senum labo-  
res subleuent, eorumq; reueriti canitiem  
ad similem constātiā incitati, depositum  
superstites sibi à senioribus per manus  
quasi traditum ad posteritatem fideliter  
transferant. Talem enim fuisse perpe-  
tuò Ecclesiā, quales post se iuuenes olim  
senes reliquissent. Et quid, inquit, respon-  
des ad illud: Sape iuniores aliquibus ci-  
uitatibus magis probari, quàm seniores.  
Accidit hoc in quadam insigni ciuitate,  
illa à D. Luthero concionatorem petebat,  
qui mente imberbis, doctrina prestans,  
moribus grauis esset, pacificus & patiens,  
stipendioq; mediocri contentus foret, nec  
plura appeteret. Lutherus lectis literis  
suauiter ridens, curauit talem pingens  
dum, & senatui misit, addens hunc esse  
talem. Non enim semper tales esse possu-  
mus in ministerio, quales vulgus rude &  
imperitum sibi fingit, qui non sunt in res-  
rum natura. Tu obsequere Deo vocanti,  
Spondeo



spondeo tibi totumq; in me recipio, Ecclesia  
salutare aquè atque tibi utile futurum.  
Præterea oppidum hoc non procul ab aula  
dissitum est, ex qua tui semper per occas-  
sionem ratio haberi potest. Sic Nicolaus  
Lansbergum profectus, publiceq; auditus  
magnam facundie & doctrinae opinionem  
de se concitavit, adeoq; omnium votis ex-  
petitus est, ut etiam superiores planè se  
negligi conquererentur, unde invidia, ut  
fit fermè, grauis ipsi apud quosdam con-  
flata est. Et ut maiori officio sibi deuinceret,  
Margaritham Zulstorfsianam ipsi in maria-  
monium collocant, & paulo post pastoris  
munus deferunt Lansbergij. Eo tempore  
Martinus Lutherus in patria obiit: Hic  
rumor cum per Marchiam percrebuisset,  
difficile est dictu quanta per Ecclesias ora-  
ta sit trepidatio, metuentes sibi & religio-  
ni, qua vix pedem ijs in locis fixerat. Et  
verè ab eius morte non solum luëtuosissim-  
um bellum patriam communem vexa-  
uit, sed & religionem nostram factio pon-  
tificia nostratesq; ipsi variè tentarunt.  
Fuerat hæctenus Martino Luthero in Ecc-  
lesia

clesia Doctore, Principe vero Electore Io-  
hannē Friderico defensore & nutritio  
aureum verè seculum, videbaturq; res  
Christiana his velut columnis fulta, sed  
hanc hominum impietati fata inuidebant  
felicitatem, cursumq; suum fecerat Ma-  
gnus ille Lutherus, quem DEVS ad se re-  
cepit, presidio quoque humano exuens Ec-  
clesiam, & iam iam labantes Ecclesia cre-  
deres fortunas, pro pugnatorē, de quo in  
somnia Philippus Melancthon legerat, τὸ  
ἄριστον ναυμαχῶντα ἁλῶναι, capto. Triste  
profectò spectaculum, sed tristior aliquan-  
to omnium per Germaniam rerum status.  
Sed in ipso panè naufragio, ostendit DEVS  
Ecclesie rem sibi cura esse, & ab se va-  
no pendentem rectè administrari. Armata  
illo tempore habebantur comitia AVGV-  
STAE vindelicorū, à qua urbe confessio nos-  
tra nomen accepit, ut Augustana dica-  
tur, qua ut antiquata, vel omnino abs-  
rogata videretur Sphynge Pontificis op-  
ponunt. Res erat in multo ob potentis-  
simam Caroli triumphantis discrimine. In  
Francia & Suevia erant vastitates in  
templis,

templis, & nullo non loco aliquid verebā-  
tur, Casare de sua voluntate nihil remittē-  
te, sed maior erat pastorum per Mars-  
chiam trepidatio, ex qua librum istum  
magna sui parte conflatum prodijisse con-  
stabat, ut tergiuersandi illis materia  
omnis precisa videretur, principe quoque  
ipso totum ab imperatoris arbitrio pende-  
rente. Interueniente igitur mandato Car-  
boli V. publicè edicitur, ut pastores libro  
illi subscribant, seius facientibus grauis  
decernitur pœna: concilio præterea conuo-  
cato Berlinum, mandatur denuo, ut ac-  
ceptum in Ecclesiis proponant, doctrinam  
que suam, vitam, & que pro sacris agen-  
da sunt ad eum conforment. Huic cum se  
fortiter decreto opposuissent Marchia pas-  
tores pleriq; præter paucos, rem que ex  
voto non responderat, alio tentandam  
modo existimarunt. Cum enim vniuersis  
nec minus nec pollicitationibus persuaderi  
posset, de insinuando singulis consultatum  
est. Inter hos etiam Leutingerus fuit, cui  
repetit a principis sententia & voluntate  
mandatum est, ut acciperet librum Aug-

B gustas

gustanam & secundum eius Canones omnia diceret & factitaret in Ecclesia. Ad quod ille, rem esse, ait, maximi momenti, quae ad se solum non pertineat, sed coniuncta sit cum multarum conscientiarum perturbatione. Se suaq; quidem omnia Imperatori offerre, sed tot prodere animas, integrum sibi minimè fore. Se ipsum quoq; metu aeternae pœna deterreri, ne à verbo semel agnito turpiter deficere cogitare debeat. Interim re & nomine sicut litera inuersa ostendant, mentiri, sibi autem minimè fucum illum facturum, ut in admirationem eius adducatur. Carum sibi Islesbium, cariorem principem Electorem, carissimum tandem DEVM esse, cui sit magis obediendum quam hominibus. Si velit princeps fortunas vitamq; ipsam eripere, esse in potestate, animam quam seruatoꝝ sui illibatam & intactam reseruet, non iri ereptam. Cum autem alioquin Leutingerum Islesbium diligeret, reliquis à se iracundius reiectis collocutus secreto, factis primùm pollicitationibus urget, ubi constantiorem videt, suadet & petit, ut saltem

tem librum accipiat legendum, fore citra  
periculum anima aut honoris diminutio-  
nem. Accipit ille quidem discutiendum,  
sed cum & reliqui acciperent, auctoritas  
tem illius secuti, videreturq; alijs suo nos  
cuisse exemplo, impositum sibi arbitratus  
apertè de eo apud Islebiū protestatur, &  
librum in ignem non sine periculo projicit.  
Tandem Marchia eo metu liberata opta,  
tam pacem recuperavit, quam aliquantū  
Sphyngis auctor cum Sidonio turbauerat,  
& Leuingerus sua quoq; volente principe  
retinuit. Paulo post grauis contagio pestis  
infesta fuit non solum Marchia, sed etiam  
vicinis regionibus funesta. Consternatio  
erat ingens apud omnes, & Lanbergi quis-  
dem periculum, vt quis superesset, qui sep-  
peliret extinctos, tanta vigraffabatur,  
& vix tertia pars supererat hominum in  
quos lues non sauierat. In hac omnium  
trepidatione cum se fidelem pastorem praes-  
tuisset, praeter alia incommoda accepta,  
coniugem etiam amisit, cum duobus libe-  
ris, ipse quoq; vi morbi impeditus contra  
multorum expectationem saluus Dei be-

beneficio euasit. Aliam quoque Lansbergium  
calamitatem insignem accipit, orto enim  
gravi tumultu oppidum equitum turma  
adducta capitur & senatus tristi forma  
abductus ad carceres detruditur. Ipse,  
quod unum poterat hanc Deo commenda-  
bat diligentiss. precibus causam, donec  
conseruata libertate patrie in integrum  
restituti sunt. Dederat ipsi Deus amicos  
non vulgares in vicinia, praeter aliquos ex  
praestanti nobilitate, viros CL. Iohannem  
Islebium, Suullium, Bucholzerum, quos ille  
venerabatur & ab ipsis rursus amaba-  
tur, sic ut funiculus triplex inter illos  
quasi esset. Hi auctores Nicolao erant, ut  
matrimonium adductis grauissimis argu-  
mentis repararet. Bienniū itaque cum sic  
vixisset, secundam duxit uxorem Lucis-  
am, & simul venit in amicitiam intimam  
Iohannis à Crummenesch, Domini in Blums-  
berg &c. eiusque filij Ottonis, viri in quo  
magnificentia cum pietate certabat, qui  
nunquam satis ob pietatem, beneficentis-  
am, & integritatem laudatus est, quo-  
rum nobilis amicitia apud multos hodie  
quoque

quoque longe lateque inclaruit. Eodem pane  
tempore, magnas habebat contentiones  
cum Crümensehneſibus Caſſaro & Vuil-  
helmo de quibusdam agris, in quibus penè  
omnis uſus fructus Eccleſiaſtici conſta-  
bant, quos ad ſe tranſtulerant, & quidem  
res fuit acta tanta concitatione, ut ſit  
bombardis, ut vocant, etiam in ipſo limine  
& templi ſuggeſtu, globo per manicam tho-  
racis penetrante petitus. Quæ tamè omnia  
eo ferebat animo, ut perpetuo ſui ſimilis  
eſſet, Deoque commendatus, donec res diſce-  
ptata & diſcuſſa coram principe tranſac-  
ta ſuit, ſic ut & iure caderent illi, &  
Electori Deoque pœnas darent. In hiſ tur-  
bis ſepè Iſlebio conquerebatur de ſua  
calamitate, illius expetito conſilio, ſeque  
mirabiliter ab eo recreatum affirmabat:  
nec quidem ſibi ipſi deerat, memor vocis  
Chriſti, ſinite hos abire, imperantis ſcilicet  
eſſe non orantis: & Dauidis, in manibus  
Dei dies mei. Et quia in medys periculis  
euaſit, poſtea glorioſius nubecula illa  
citò tranſeunte vixit. Ad priuatas iniu-  
rias publica acceſſit calamitas, nam tanta

per Marchiam caritas tanta erat, qua  
grauissimè vexabatur, ut homines despes  
rabundi plane de vita ipsa solliciti essent.  
Eo anno in urbe Arctoa inuenta est ve  
nifica, qua surreptum alienum infantem  
mactauerat, sed in frustra dissectum &  
iam iam igni apponendum mater interues  
niens decoctiuni eripuit, & ad ciuitatis  
magistratum detulit. Illa in carcere tor  
mentis subiecta inter alia fassa est, si in  
ceptum successisset, fruges omnes tempe  
state coorta interceptas iri, quod horend  
dum est auditu. Etsi autem Satanas ve  
rè suos deludat, & in detecto facinore des  
prehensos ad pœnam vocet, dubium ta  
men non est magnam illius esse potentiam,  
eamq; saepe Deo permittente crudelissimè  
propter nostram in Deum & proximum  
impietatem exercere. Sed tamen in ipsa  
ira nostre fragilitatis misericordieq; suae  
memor Deus φιλανθρωπίας suam, hominūq;  
res sibi curae esse ostendit. sic in patria Tus  
ringia Vimaria & alibi, postea etiam non  
procul à Villaco frumento pluit de caelo,  
copiaq; illius satis magna multis est facta,  
ut



ut sui in nos amoris homines admoneret,  
quamuis frugum de caelo lapsus caritatem  
annona apportare alias credatur. Hac  
Nicolaum quoque difficulter premebat, qui  
aedificationibus necessarijs distentus erat.  
Nouerat enim Ethnico deteriore illum,  
qui domui suae non recte prospiciat, putas  
batque sibi turpe, si Ecclesiae cum laude pre-  
esset, non itidem domui quoque suae, in quo  
imitabatur Patriarchas sanctos, qui, quan-  
tum a serijs reliquum erat temporis, excos-  
lendis agris & hortis impendebant non si-  
ne animi voluptate. Quod ipsum hodie  
vicio habetur, si cogitamus de vita neces-  
sarijs, & aliqua animi oblectatione, sed  
non nisi apud truncos & Stoicos, in quibus  
affectus nullus est, concedendumque est illis,  
ut si possint herba Cretensi τὸ ἄλιμον uti-  
uant, qua ad morsam diurnam famem pro-  
hibeat, ut ex eo gloriolam & oblectamen-  
tum quaerant. Ille qua erat φιλοσοφίᾳ  
commodis suorum studebat anxie, cura  
tamen unica erat, ut filios egregie insti-  
tutos haberet, quos suo loco Deo cultores  
relinqueret, qui benefacerent amicis, &

inimicorum conatibus occurrerent, crede-  
batque vix maius esse sacrilegium quam Eco-  
clesiam filio ad ministerium apto spoliare,  
& esse plerosque tales, quales quisque suos vel-  
let, ipsamque civitatem sine liberorum edu-  
catione pia & erudita velut contagione  
corrumpi & infici, & non nisi vappas stori-  
lidas producere, ideoque gravissime indigna-  
batur in eos, quibus potior esset bos quam  
filius, & cum Cratete Thebano saepe ex-  
clamabat: Quorsum ruerent homines, qui  
omne suum studium in pecunijs colloca-  
rent, filiorum autem quibus eas relinque-  
rent, nullam haberent curam. His erant  
annis magni per omnem Germaniam mor-  
tus, Marchia tamen aliquantò quietior  
Dei benignitate & IOACHIMI II.  
Sapientia fuit, qua etsi in belli sumptus  
suppeteret multa alijs, à bello tamen abstin-  
uit pacemque sectata, non modò res & for-  
mas suas intactas conseruavit, sed et am-  
perpetuo ab anno XL. mediocriter Ecclesie  
tranquillitatem cum doctrina incorrupta  
retinuit, etsi interdum, quod in tanta res-  
sum per Germaniam mutatione & pertur-  
batione

batione accidere necesse erat, ruina[m] aliquam minitari videretur. Leutingerus itaq[ue] off[icij] sui memor publicas instituebat in Ecclesia & frequentes supplicationes. Et credibile est, mala tunc instantia multa fuisse precibus piurum auersa. Erant enim ubiq[ue] res valde dubia, magna animorum distractiones inter vicinos & cognatos quoq[ue]. Hunc metum augebat, vox de cælo eiulanter demissa, Vah, Vah Christianis. Præterea magnam in disciplina Ecclesiastica constituenda seueritatem & pietatem, & animi presentiam in tuenda illa apud suos ostendebat. Quibus demum effecit, ut haberet Ecclesiam non tantum rectè constitutam, sed etiam obsequentem & tranquillam. Ad publicum exemplum suum conformabat, dabatq[ue] operam ut familiam domi liberisq[ue] haberet tales, quas les exoptaret. Hos igitur domui suæ prius acurata disciplina, per quos fieri oportet, pertentatos, commendabat certis præceptoribus, Nicolao Menoni post Andrea Cælichio, ita ut ab latere illorum nunquam recederent. Illorum schola non erat inanis

um curarum domus, non ἡ χόλη aut κατὰ  
τρίφην, sed διατρίφην optima. Sed ab his pestis  
contagio quoque post biennium retraxit,  
qua per Marchiam & vicinas regiones  
magna violentia grassabatur, & stragem  
ingentem edebat: Nec quidem vicina re-  
giones periculo caruere, in sola Turingia  
patria 253000. capita recensita sunt, quibus  
haec lues necessitatem vitam cum morte  
commutandi attulit. Multis illa prodia-  
gijs denunciata fuit. Inter alia circa  
Lansbergum viri Acephali visi sunt, qui  
avenam eo meterent impetu, ut ne aris-  
tam quidem reliquam fore crederetur.  
Lansbergi quoque saevire cepit die Iacobi, qui  
ex multa observatione illi oppido perpetuo  
calamitosus est, & cum ades quoque Leutina-  
geri inuasisset, liberis quing. cum matre  
per mortem abreptis, ipse vix secundo in  
maximo vite periculo evasit incolumis,  
cum interim non solum morbo deplorato  
conflictaretur, sed officij quoque labores ac-  
misso Symmysta cumularentur, ne dicam  
de luctu, qui adeo eum deprimebat, ut nec  
sibi constare videretur, qui alijs multis no-  
minis

minibus adesse debebat, saepe repetens,  
Recte Psammenites censet, domestica ma-  
la esse grauiora, quam ut lacrimas recipia-  
nt. Minime tamen sic muliebris erat, ut  
Ptolemaensis Episcopus Cyrenaeus. Post  
eam tempestatem filium post multam deli-  
berationem ad Misnense Gymnasium vir-  
tutum & eruditionis ἀσκητικόν deducen-  
dum censuit, quamuis animaduvertebat,  
rem cum magna coniunctam difficultate  
iri, quod beneficium ad Misnenses solum  
modo pertineret. Clarissimus hic ad Albim  
in Hermunduris ludus est, qui à principe  
Saxoniae Mauritio primùm utili consilio  
fundatus, postea ab Augusto auctus &  
confirmatus est, in quo praeterquam quod  
opt. legibus constitutus est, quae seuerissis-  
sime disciplina honestatisq; omnis custodes  
sunt, occasio quoq; & facultas longè pul-  
cerrima offertur discipulis perueniendi  
ad eruditam sapientiam, & nescio an tan-  
tus princeps in omnibus suis prouincijs ha-  
beat, ex quo laudem maiorem & gloriam  
expectare debeat, quam quod scholas il-  
las cum Academijs conseruauerit. Certè  
de

de vniuersa repub. Christiana melius me-  
reri non poterat, & si quid est, quod ad  
summā accedat gloriam, id ipsum esse me  
non fallit. In ea schola exacte Philosophia  
artesq; cum linguis trib. tradebantur, in-  
citamenta quoq; ad virtutem erant me-  
diocria. Summum praeterea ocium, summa  
securitas, ut nec sciret iuuentus aliud  
quàm literas, quàm benè agendum, de re-  
liquis aut parum aut nihil sollicita. Victus  
erat hora consuetā, amictus singulis annis  
paratus, si quid deesset, de eo recte & oportu-  
nè prospiciebatur. Aegrotantibus ma-  
ture succurrebatur, singulis sua erant cō-  
clauia cum necessarijs. Discipulorum in-  
ter se officia mutua, amor mutuus, perpe-  
tua erga professores reuerentia, ut nescia-  
am an aliquid ad felicitatem illam, quam  
sibi φιλομαθῆς optare debeat accessionis  
fieri possit. Post sexennium ad Academias  
dato in aliquot annos stipendijs mittes-  
bantur. Huic ludo tūm praerat Georgius  
Fabricius, verius ingeniorum Faber appella-  
latus, quàm ille Stapulensis, qui in omni  
genere doctrinarum creditus est aptissim-  
mus,

mus, & Fridericus Pensoldus V. CL. Ac-  
ceptis itaq; literis commendatitijs à princi-  
pibus Brandenburgicis quod petebat impe-  
trauit, quod hactenus ex Marchicis nulli  
erat datum beneficium. Memini tùm Leu-  
tingero honestam offerri conditionem in  
Misnia cum dignitate commorandi, si in-  
tegrum illi fuisset, at religio erat deserere  
suos aliena appetendo. Hoc tempore, cum  
antea quoq; ad Freienwaldensem Ecclesiã  
vocatus esset, ad Bernouiane gubernatio-  
nem diœceseos postulatus est, sed quod sine  
gravi causa Ecclesiam à Deo sibi deman-  
datam non putaret relinquendam, in cuius  
gratiam tot & tanta pericula susti-  
nuisset, honestè excusauit, & in consilium  
adhibitus, quem vocandum censeret, in-  
genue suffragium suum Benedicto Rades-  
lando dedit, in quem Senatus consensit, &  
honestè ad se traduxit. Sed ut solent inge-  
nia φιλαυτῶ ubi ad aliquas dignitates  
peruenerint, immemor huius postea bene-  
ficij, ductus inuidia tectas cum Nicolao ini-  
micitias contra grauitatem Theologicam  
exercuit. Agunt idem per Syndicum &  
Senas

Senatorem Colonienses ad Sueuum proces-  
res, principe quoque ipso Electore per nobis  
lem Barlebium cubicularium urgente, sed  
quod dederat responsi Bernouianis, etiam  
Colonienses acceperunt, & ut à se omnem  
instandi materiam auerteret Iohannem  
Herzbergium illis commendauit, qui cu-  
pidè eò concessit. Fecit contra multorum  
consuetudinè, qui potius imitantur Mars-  
cum Musurum Cretensem, is Romã adiens  
Archiepiscopus Epidauriensis creatus est,  
accepta mitra mox purpuram appetijt, sed  
cum res ex voto non succederet, ambitio-  
ne hac intempestiua contabuit, ut morbo  
intercute obrepente, vix ostentatis mitre  
insignibus vitam cum morte commutaret.  
Habuit & alias uocationes, sicut & in au-  
lam est Pr. Electoris expetitus, sed ubi ma-  
ximam curricula partem exegisset, suo-  
rumque haberet tumultos sepeliri & ipse, si  
sic voluntas Dei ferret, volebat. Tum de-  
mum tertiam duxit uxorem. Sed hanc  
fortunam una post aliam calamitas exces-  
pit, cuius res memora apud Lansbergios  
obliterata nondum est, nam & incendia  
um



um fuit maximum, quo potissima pars ci-  
uitatis conflagrata in cineres redacta est:  
& grandines magni ponderis, quibus ve-  
hementer afflictæ & prostratae sunt agro-  
rum fruges: Annona quoque caritas insig-  
nis, quam pestis contagio secuta est, quæ  
familias aliquot infecit. Et si autem com-  
munem fortunam ferre cum alijs necesse  
haberet, Dei tamen benignitate sua inta-  
cta retinuit, nisi quod intra parietes lues  
serpere ceperat, citra tamen vitæ alicuius  
periculum. Accessit & hoc, quod princeps  
Electoꝝ IOACHIMVS II, ex hac vi-  
ta per mortem decederet. Quod ea tulit  
acerbitate, qua solemus, cum principem  
clementem, piũ, beneficũ, sapientem,  
doctũ, inuictũq; subditi amittimus,  
nescio quid ominatus mali ex geminato  
funere Marchionũ fratrum, quod tamen  
ad fortunam principis IOHANNIS  
GEORGII pertinebat, qui Marchiam  
in varias partes distractam in vnum cor-  
pus collegit, vt à multis annis potentio-  
rem non habuerit principem. Faxit Deus  
in nominis sui gloriam & subditorum sal-  
lutem

Salutem cedat solet enim fortuna insignis  
plerumq; mutationem aliquam asserere,  
quam idem clementer auertat. Ediderat  
princeps Ioachimus suam de precipuis fidei  
articulis confessionem, anno superiore Ber-  
lini in presentia omnium ordinum & pro-  
cerum Marchia, quam pastores summa  
cum voluptate & leticia receperunt &  
approbarunt, in ea damnatur error Sacra-  
mentarius Cinglianorū, & pœna decerni-  
tur ijs, qui illum adamauerint. Cum itaq;  
varia disseminarentur eo tempore filium  
reuocatum ex Academia Vitebergensi in  
quam ante annum miserat, in Francofor-  
dianam transfert, ubi alterum quoque  
filium iam ante alebat studiorum causa.  
Est hæc Academia à multis annis celebra-  
tissima, sed in decrementum propter cer-  
tamina Theologica inter Andream Mus-  
culum & Abdiam Prætorium venerat.  
Quæ eam erentum habuerunt, ut turbas-  
ta schola exacerbatisq; plurimum animis  
docentium & discipulorum inter se, vastis-  
tas Academia sit secuta. Itaq; Illustriss.  
Princeps Elector Iohannes Georgius di-  
gnitate

gnitatem & necessitatem illius Academiae intelligens, eam de consilio & voluntate procerum restauravit, concessa immunitate magna, numero professorum Stipendijs, redditibusq; auctis, ut florentia or in posterum esset, Qua in re sanè plurimum debemus Magnifico viro Lamperto Distelmeiero Marchia Cancellario, studiorum Mecanati summo, cuius vestigijs, obfirmatè inhaeret nobilissimus Christianus Lamperti F. Illustriss. Principis Electoris consiliarius intimus. In hac Baldasarum F. nouennium aluit, Alterum Vitabergam remisit, utroque magisterij gradu ornato. Cum autem propter senectutem & curas publicas & priuatas imbecillior esse inceperet, totum se meditationi rerum diuinarum dabat, mundo quasi mortuus. Tandem cum amicissimum virum Ottonem à Crummenseh, amisisset, qui paucos dies decumbens in vera inuocatione filij Dei mortuus est, aliquantò deterius habere cepit. Existimabatur à plerisque rem veneni suspitione non carere. Et obseruatum est ab eruditiss. Iuliorum, Ottronum, ex singulare esse

C

esse

esse fatum, plerumq; cum violentia con-  
iunctum. Hinc subtristior aliquanto se  
paulo post subsecutum iri non obscure in-  
nuebat, & simul paulatim decumbere ce-  
pit, morbo quidem & σωματικῆς graui, sed  
quem aliquo modo diligens cura uxoris  
molluit, quæ egrotantem tanti faciebat  
maritum, ut cum viribus planè esset de-  
stitutus, non coniugali caritate, sed an-  
cillari penè ministerio sine omni fastidio  
curaret, unde factum est, ut plurimum ei  
vicissim maritus indulgeret. Testamen-  
tum condiderat ante multos annos, & in  
eo quid fieri vellet post mortem perscripse-  
rat. Cum autem magis vicinum se morti  
fieri sentiret, filios ex Academys ad se re-  
uocauit, & de sua voluntate plenius do-  
cuit. Ad eum correptus modum cum re-  
spirandi facultatem interdum λυτοθυξια  
quadam amitteret, morbi tamen finem  
expectabamus, inprimis cum animi præ-  
sentia subleuaretur, sed commodioris va-  
letudinis spem exiguam præbebat. Inter-  
rim quæ ad animæ salutem requirerentur  
Sacramentis ritè procuratus est, quæq;

ad

ad valetudinem pertinere putabantur, ex  
multis locis mittebantur, cetera diligens  
ter à nobis & magno studio impensa sunt.  
Quarebatur, num libenter moriturus es  
set? Quid ni, inquit, summa cum volun  
tate, et si non eadem voluptate ex hoc fe  
rido hospitio iam dudum migraturus erā.  
Quomodo enim mortem metuat, qui mor  
tem desideravit, cumq; medici morbi cau  
sam hanc & illam dicerent, sine causa,  
inquit, nihil fit, nec mors sine causa ex  
tinguendi ullam sibi arrogat potestatem,  
nedum usurpat. Philemonem risus immo  
deratus, Dionysium Syracusanum nimia le  
ticia ex victoria ab hoste reportata, Eua  
ripidem à cana Regis egredientem morsus  
canis perimit, alius alio fato extinguitur.  
Ego quo me Deus morbo tandem auocet,  
patienter feram, dummodo non sicut Aro  
rius, nec inopinato moriar, quod Iulium  
Cesarem exoptasse memorant, sed non in  
tellexit tantus Imperator suum periculum  
etiam post mortem. Bene vi moriar Deum  
precibus meis defatigare non desino, id ip  
sum mihi in exitum erit summa leticia. Et

quid tergiuersatio illa prodest, cum nemo  
quantuscunque sit momentum aliquod  
temporis absque Deo vita adyćere possit.  
Homo quò diutius hic est in viuis, eò ma-  
gis cumulat peccata & tardius in aeterno-  
rum possessionē immittitur. Ego semel mor-  
ri malim, quàm semper, ut peccare desis-  
nam. Inerebat etiam sc nobili in extremo  
vite actū adfuisse, quem cum consentiens  
tibus medicis hortaretur, ut de vitæ exis-  
tu cogitaret, non enim remedijs locum  
amplius esse, supra modum virum eum  
fuisse perturbatum, ut qui mortem vehe-  
mentissimè exhorruisset, & semper petijs-  
set, ut si quando ipsum in hac necessitate  
positum conspicerent, nulla prorsus mentio-  
ne mortis facta ad peccatorum expiatio-  
nem solummodo adhortarentur. Sed tales  
inquit, neq; hanc neq; illam vitam satis  
norunt. Ego autem hanc laboriosissimam  
meo exemplo didici, in qua magnum est  
non diu sed beate viuere, illam etsi in spes-  
culo intuear per spem, absit tamen, ut ser-  
uatori meo quidquam in eo detraham.  
Valeāt igitur vite huius carceres, in quib.  
de

de remedijs non multum laboro, imò nul-  
lius aequè rei appetentior sum, quam caeles-  
tis illius gloriae. Fortè tunc incederat sers-  
mo de linguis in vita aeterna. Certum est,  
ait, hìc linguis homines discrepare, animo-  
rumq; & rerum esse confusiones. LXXIII.  
vulgo creduntur, sed plures esse exempla  
docent. Vna vrbs Dioscurias domicilium  
fuit trecentarum nationum quae illic ex  
diuersis Asia locis commigrarunt linguis  
dissimilibus, sic ut centum triginta inters-  
pretibus negocia à Romanis ibi gerenda  
essent. Quid alijs in locis fieri putabimus?  
Animis discrepamus, discrepamus & linguis,  
at in aeterna vita una erit mens, vs-  
nus animus, & quamuis omnes linguas  
facilimè loqui & intelligere poterimus, vs-  
nam tamen solummodo familiarem nobis  
futuram verisimile est, & quidem sanz-  
etam illam, qua Deum de caelo & in terris  
vsum constat. Sicut & ab initio una tan-  
tum lingua fuit. Sed hac paulo post mihi  
certiora erunt. Interrogatus quomodo vela-  
let sepeliri. Honestè, dixit, in spem & me-  
moriam resurrectionis. Nec possum assequi,

quid Frontinus ille voluerit, qui sibi moe-  
numentum exstrui ve-uit, quod impensa  
eius rei superuacanea essent: aut Epictet-  
us, qui nullam sui corporis imaginem ex-  
stare voluit, facinus indignum ratus, cor-  
poris formam, quae animi sepulcrum esset,  
sapere esse. Quid autem obstat, quarum  
virtutum exemplis fruimur, ut non eos-  
rundem quoque imaginibus oculi nostri de-  
lectentur, cum non solum verba, & voces,  
sed etiam aspectus ad virtutem plurimum  
habeat momenti. Dabitur igitur filij mei  
operam, ut ex meis facultatibus inter vos  
post mortem quoque <sup>ἐν μνημῶν</sup> quod vestram  
de me moneat mentem, viuam. Sic enim  
vixi, ut vita me minimè poeniteat vel pu-  
deat. His & alijs colloquijs suorum luctus  
leuabat, & iam usque adeò attenuata erant  
vires corporis, ut non nisi certis hominis  
bus, qui non minus interdum quam nocte  
excubarent, quo vellet, deportandus esset,  
ut itaque testaretur de extrema sua volun-  
tate ad se vocabat quotquot ad suam cur-  
ram pertinebant. Et ad uxorem oratione  
conuersa, postquam praecepisset de consti-  
tuens



tuenda Oeconomia datis alijs quoq; man-  
datis, illi tandem δ'ενοπαθεία extrema vasa  
ledicebat, & paulo post ad Senatum oppi-  
di his fermè verbis loquebatur. Quana-  
to per annos XXXV I. studio, viri Lans-  
bergij, vestris commodis inseruierim, crea-  
do vos intelligere, vel si nondum intelligis-  
tis, licet ex viris bonis & grauibus disce-  
re. Et quidem si mihi Deus vsuram lucis  
longiorem concessisset, haberetis me in om-  
nibus paratissimum, in quibus mea obse-  
quia, & consilia vobis oportuna esse posse-  
sent. Equidem semper putavi maioris esse  
pietatis & meriti publica administratorem  
multorum saluti consulere, quàm priuati-  
tum & in solo loco conclusum innocentia-  
m vitæ tueri, nec puto obliti estis, quanta  
fidelitate Euangelium IESV CHR IESU  
Isti vobis annunciauerim, & sacramenta  
administrauerim sacrosancta, functus  
quantum humana infirmitas patitur, pas-  
toris vigilantis officio. Inprimis autem  
vos ardentissimè amaui, ut paupertas et-  
iam ipsa, a deoq; pericula presentissima me-  
a vobis abstrahere minime potuerint. Au-

distis cum ego primum huc venirem, huius  
Ecclesia statum fuisse impeditum valde,  
vix quinta pars prouentuum redibat ad  
me, reliquum quod erat, in suum commo-  
dum nobiles quidam transtulerant. De  
meo itaq, quod erat alioquin pertenuē, ne  
vobis molestiam parerem, actio in istos ins-  
stituenda fuit, eoq, non sine meo periculo  
rem deduxi, ut cogerentur, quod illicite  
occupauerant in integrum restituere. Ins-  
terim audistis, pauci enim sunt hodie, qui  
ista viderunt, in quas ego difficultates  
sape fuerim coniectus, quoties bombardis  
petitus, adeoq, in ipso templi limine &  
suggestu ictus, bipennibus non semel ad-  
pectus positus, ita ut nisi me omnipotentia  
Dei protexisset, de me actum fuisset. Com-  
moda hæc vestra sunt, vestraq, ciuitatis  
erant munera, quæ mihi meo incommodo  
periculosè delegata sunt. Hæc vobis omnia  
iam relinquo. Scitis mihi non defuisse oc-  
casionem ad maiores dignitates, ut taceam  
vocationes honestas in Turingia &  
Misnia, Bernoam, Coloniam adeoq, in aus-  
lam ipsam postulatus quomodo sim ob-  
scurum

scutum vobis esse non potuit, ubi vberior  
fortè mihi dari poterat occasio augenda  
rei familiaris, adeoq̄ honoris & exis-  
timationis meae promouenda, subsidijsq̄  
facilioribus filijs meis subueniendi. Sed  
quo semel vos cepi amore persequi, in eo  
constanter perstiti, maluiq̄ aliqua incom-  
moda ferre, adeoq̄ paupertatem ipsam,  
graue etiã sapienti onus, quã vos, etsi hos-  
nestè, minus tamen piè deserere. Quid dis-  
cam de periculis, quibus totus fui vestri  
causa inuolutus, taceo mundi principem,  
eiusq̄ principissam calumniam, pratero  
alios quos scitis. Agite pestes tres, quibus  
patria vestra fuit infecta, sustinui amisa-  
sis quae mihi carissima erant. Ego quoq̄ ipse  
periculosissimè tentatus secundo vix euasi.  
Vulgaria haec non sunt viri amici, in quib-  
us me meumq̄ in vos amorem cognitum  
perspexistis. Agite quoties interposui  
me inter vos vestraq̄ incommoda, dissidia  
multa praecidens, consilijs meis nunquam  
vobis defui, praterea ut fidelem ciuem des-  
cet, omnia ciuilia onera promptissimè tuli,  
neq̄ quidquam recusavi, quod ad dignis-  
tatem

tatem & utilitatem huius oppidi fecerit.  
Res quoque Ecclesie vestrae, quantum in me  
erat, ut auferentur, auctor fui non diffi-  
cilis. De meis meritis singularibus in curi-  
am vestram, quoniam nota esse omnibus  
non expedit, nihil hic regeram. Priuatim  
quoque omnia officia vel summae necessitu-  
dinis vobis semper detuli, & nec dum com-  
memorare volo, ne solus prestitisse vide-  
ar, quae hodie multi ad se referunt. Hoc  
ero, ut si quid imprudens offendi, imbecil-  
litati meae condonetis, nec enim opinor in-  
ueniri ullum posse inter homines, qui non  
aliqua ex parte labatur, & cum non amplius  
possint mea meis constare studia, eos ego  
secundum Deum vobis commendo, quamquam  
mibi debetis gratiam, ut illis referatis a  
vobis contendo. Videtis quae sint tempora,  
nescio quid animus presagit, hoc scio, omnia  
facillimam admittere mutationem,  
nec eandem retinere formam, & ut cuncta  
Et a senescant cito, nihil tamen citius quam  
gratia & benevolentia. Quid autem amas  
ui, si ingratos amas. Verè nihil amat in-  
gratum qui amat. Nolite mei imitari

Ioas.

Ioas regem Iudae, qui Zachariam Ioiada  
F. ingratisime interfecit, ne videat Do-  
minus Deus salutis nostrae & requirat.  
Fuerunt sanè Ethnici hac in virtute para-  
tiores nostris. Athenienses ut animum  
declararent gratū in Aristidem, illius libe-  
ris benefecerunt. Lysimacho certis quibus-  
dā redditibus post mortem Patris constitu-  
tis, filia vero eius honestè elocata. Sic Au-  
gustus Imp. Rom. filio Ciceronis vitæ as-  
liās profligatissima benefecit. Sed sufficit  
ne videar vobis diffidere. Vos vestramq;  
rempub. Deo commendo, hac ad Deum  
precazione facta, ut in εὐφροσύνη pia & utilis  
li perpetuo floreat. Si vero tempora ingrus-  
ant difficilia, de quibus saepe dixi, cogita-  
bitis peccatorum hanc esse culpam, & diē  
extremum non procul abesse, & ne fortu-  
na, vita salusq; vestra in discrimen veni-  
ant, ex verbo Dei consilioq; prudenti ipsi  
providebitis. Et sic manu porrecta dimisit.

Postea ad Filios conuersus. Quanta  
vos quoq;, inquit filij carissimi σοφῶν ἀμ-  
plexus fuerim, iam forsā non intelligitis,  
intelligetis autem post meum obitum. O

quāto

quàm fidelissimus ego vobis pater fui inde  
à prima pueritia, de qua nihil hic rege-  
ram, quanquam illa una sit instar mille  
testium. Reuera autem ex illo tempore, ni-  
hil mihi ex voto aequè fuit, quam ut san-  
ctè educati, vestigia virorum prestanti-  
um imitaremini, quantis sumptibus ut  
res mea fuerunt, obscurum non est. Quas  
ego difficultates & sollicitudines vestri  
causa sustinuerim, quibus canus ante an-  
nos factus maturius forsàn decedo, quam  
vel atas mea fert, vel commoda vestra  
postulant, ipsi probe tenetis. In Academijs  
à multis vos annis aloijs sumptibus qui  
maioris dominij & opulentia patrem re-  
quirebant. Sed quidquid eiusmodi feci,  
libenter me in gloriam Dei & commodum  
vestrum fecisse credite. Voti mei quidem  
aliquo modo compos factus sum, ut mihi  
essetis voluptati & solatio, ornamento  
patriæ & gloria Dei, vidi & letatus sum.  
Habuiſtis vocationes honestas, nec enim  
pœnitet me vestri profectus. Sed agite filij  
mei, ut rectè utamini doctrina, si cum  
pietate non sit coniuncta venenum est,  
soletq̃

soletq; multos deteriores reddere. Audite  
filij mei, extrema hae sunt verba patris  
vestri, audite iuuenes, quem iuuenem se-  
nes audiebant. Scio hodie nihil esse vulgas-  
sius, quam contemnere ministerium Eus-  
angelij & sequuntur opulentiores aliud  
studiorum genus, quorum tamen opera  
poterat esse iucunda & salutaris Ecclesiae,  
sed fugiunt, fugiunt hi pericula, pauper-  
tatem, molestias, quibus subinde expositi  
sunt Ecclesiae ministri. Ego Christum eges-  
nus secutus fui, nec pœnitebit. Sat mihi  
dignitatis, existimationis & opum fuit.  
Ex patrijs larib, exiui anno aetatis XIII,  
Soli Deo commendatus, & patri meo in ses-  
necta, & fratribus adfui, qui omnes ad  
me ad Asylum velut & portum sacrum in  
difficultatibus suis quibus praeter spem op-  
pressi sunt, confugerunt. Quid in vos con-  
tulerim, alijs relinquo cogitandum, quid  
in alios, qui non semel nec vno beneficio  
meam experti sunt liberalitatem, ipsi nisi  
uelint in ingrati animi crimen incurrere,  
testabuntur. Vobis etiam sat superq;  
relinquo, si rectè frugalitate adhibita vs-  
tamiis

ſaminor, præter id enim, quod rectè ui-  
uendum quomodo ſit, ſcitis, plus ex ea has  
bebitis voluptatis & minus calamitatum  
quam illi qui plus æquo genio indulgent.  
His patris ueſtri ueſtigijs uos quoq; inhae-  
rere uolo. Ceterum cum uos ſecundum De-  
um ad eam doctrinam, & eos annos dedux-  
erim, ut poſſitis uos regere ipſos, de alijs  
dicere ſuperſedebo. Nihil enim puto eſſe fa-  
cilius, quàm alios admonere, nihil autem  
difficilius, quam omnia recta facere. U-  
num reſtat quod poſtulo, ut cuius perpetuò  
uobis in hac uita hortator fui pacem &  
concordiam ametis, illa domus florebit, ubi  
fratres erunt concordēs, illa peribit, quæ  
diſſidijs & iurgijs alitur. Hos etiam pu-  
pillos, fratres ueſtros, ò mea uiscera, qui-  
bus citius decedo, quam forſan illis expe-  
dit, uobis ſub tutela commendo. Deniq;  
quidquid erit, quod uobis in his terris  
præter nomen honeſtum, cui diligentius  
ſemper conſultum quam fortunis meis uo-  
lui, relinquo, ut id animo grato accipia-  
tis in meiq; memoriam perpetuam habeas-  
tis, ut aminor, fruaminor peto. Deum tes-  
tor



stor, me salua conscientia non potuisse me  
liore studio aut cura feliciore res meas au-  
gere, quas licet paruas benedictio diuina  
largiter vobis cumulet. Propitia Trinitas  
mea fuit hereditas, & non egui, illam  
vobis quoq; delego. Ceterum etsi à vobis  
rapiar, non tamen mihi quidquam mali  
accidere, siquidem non ego, sed miseria  
mea moritur, qui paulò post in meliorem  
felicitatem sum transponendus, cogitabis  
tis. Hoc me solum mouet, quod vos in hoc  
mundi ergastulo relinquo. Multa, credite  
mihi, parata vobis sunt difficultates, multa  
& pericula, multa clades obuia erunt, præ-  
ter omnem expectationē. Hac ego omnia  
iam superavi. Vobis quoq; dextera excelsi  
aderit. Debent multi nobis multa, sed vix  
vestris incommodis afficientur pro huius  
seculi vicio, immò in vos se turpiter effe-  
rent. Hic igitur vestras voluntates, omnia  
deniq; vestra implorato Numine diuini-  
no coniungite, temerè nihil facite, cetera  
tempus virtusq; vestra vos docebit.  
Mihi post mortem nihil gratius feceritis,  
quam si Deum timueritis virtutem & hon-  
nestas

nestatem sectati sartam tectamq; conscientiam cum innocentia conseruaueritis. Et ex porrecta manu benedicens illis, Deus, inquit, qui me pascit ab adolescentia mea usq; in presentem diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat vobis, custodiat & seruet vos, ut sitis organa Ecclesie salutaria. Saluete tandem & ualete mei filij. Sic conticuit oratione ad Deum tacite conuersa. Loquebatur autem ad extremum usq; spiritum continenter & intelligendi vim habebat insignem. Cresbris enim euacuationibus purgabat cerebrum, affirmabatq; constanter ante XVIII Cal. Feb. se non uitam hanc depositurum, quamuis aeternam cupidissime deposceret, ex somnijs se istud habere; quamuis iocose hoc diceret, non enim tantam vim & fidem illis, quamuis aliquam tamen interdum, tribuebat. Solebat potius asperior esse in eiusmodi vanos somniatores, qui sollicitè perquirerent, quæ dormientes somniarent, nec curarent, quæ vigilanter agenda essent. Expertum se quoq; diem illum sibi semper calamitosum fuisse non minus

minus ac Bohemia VI. Cal. Sept. qui fatalis  
esset multorum regum illius regni clade.  
Interim à domesticis petebat, ne per hos  
dies molestiam aliquam afferrent, esse  
hac extrema officia, molestias se longè  
maiores plus centies illorum causa pertu-  
lisse, ea certissimè die illiscessurum. Quod  
ita factum est. Subinde autem iocabatur,  
ita tamen ut appareret illum cogitatione  
mortis totum occupatum esse, & subridens  
querebat, quid animi fuisset Iohanni  
Scoto Theologo captioso, qui nimis festinas  
to funere pro mortuo tumultatus in quã-  
dam λυποθυμια, cum redeunte vita sero  
morbi impetum natura discuteret, ne  
quicquam ad petendam opem eiulatu mis-  
serabili edito, pulsatoq; diu sepulcri lapi-  
de, eliso tandem capite perierit. Nec qui-  
dem tentationes quæ depræbenderentur  
habebat, nisi quod semel atq; iterum nocte  
in hac verba proruperit. Quid tu hic stas  
horrenda bestia, in me nihil habes. Creden-  
dum enim est, Diabolum varijs modis ut  
in vita, sic in primis in agone pijs esse per-  
molestum, et si nocere non possit, quibus se  
D videns

videndum praebeat, quacumq; tandem specie.  
Sicut de Ursino presbytero in Nursia scribit Gregorius, quod moriturus viderit Paulum & Petrum Apostolos ad se venientes, sed reuera fuerunt φαντάσματα Diaboli. Intra hoc octiduum ea erat animi praesentia, quamvis corpore multum debilitato, ut nec ego nec alij credidissent, illum isto morbo extinctum iri. Sed cum die Veneris illius Septimane Berlino domum redisset Nicolaus F. de rebus illius, ubi multum sollicitè inquisivisset, de lecto se erigens, mensa assidere cepit & comedere. Haec erat tibi o pater carissime illa fames quae te suprema manebat, ex ea enim hora omnes deficere vires, licuitq; tum primum nobis credere, rem agi seriam. Erat autem illi pituita propter eiectionis & respirandi difficultatem admodum molesta. Cum itaq; sentiret, hunc esse vitae suae extremum actum, in agone constitutus selam poposcit, cui insidens cum prius capillos pexuisset, frontemq; & os lauisset, oratione proluxa, quam alias quoq; assidue recitare solebat, multo singultu & voce tremula,

inula, sed pectore constanti magnaq; in  
Deum fiducia, erectis ad caelum oculis,  
manibusq; eleuatis, nobis audientibus res  
Ecclesiae, multosq; de se benemeritos, quos  
nominabat, suos omnes, suamq; animulam  
Deo commendabat, repetitis aliquot Psal-  
mis penitentialibus, quos etiam D. Augu-  
stinus in agone recitari sibi voluit, in in-  
uocatione Filij Dei, geminata aliquoties  
hac voce: Deus noster DEVS saluos facies  
di, Deus eripiendi ex morte, qui dilexisti  
mundum, ut filium unigenitum dares, ut  
omnis qui in eum credat non pereat, sed  
habeat vitam aeternam, data potestate ut  
fiant filij tui. In manus tuas commendo  
spiritum meum, in te speravi non confun-  
dar in aeternum: ea hora dieq; consueto,  
quo solebat adscenso propter valetudinem  
infirmam curru ad conciones habendas ire  
XVIII. Cal. Feb. An. Christi M. D. LXXXI.  
absq; maiore aliquo corporis cruciatu ad  
caelestem vitam recta circiter septimam  
matutinam perrexit, ubi nunc dulcissima  
ἁγιοῦματῶν audit, decantate choro Ange-  
lorum, sanctorumq; conuersatione gaudet.

D 2

Anno

Anno aetatis suae climacterico LV I, qui est  
Enneaticus periculosus multis Heroicis vi-  
ris, in primis qui virtute praestant, in no-  
cturnis genituris, propter frigiditatem  
duplicatam & ♂. Sicut fere in singulis  
Climactericis mutationes insignes exper-  
tus erat, & ut Cicero loquitur, rerum om-  
nium nodum habuerat. Honestatis adeo  
cupidus, ut in agone quoque prouideret, ne  
quid contra honestatem vel in verbis vel  
factis, vel etiam gestu delinqueret, & non  
alio modo, quam sedendo animam suam  
Deo reddendam existimaret vir multis He-  
roicis virtutibus ornatissimus. Ad personam  
nam quod attinet, corpore erat graui, me-  
moria sagacissima, oculis micantibus, sed  
tamen parum concauis, fronte quadrata  
& moderata, facie neque magna neque para-  
ua, naso aquilo, labijs subtilibus, & in ex-  
tremitate laxis, eaque dentium firmitate,  
ut ex ijs ipsi aut longam vitam praedice-  
rim, aut mortis genus durius, quod postea-  
rius cuentus comprobauit. In consilijs valde  
promptus & felix, omnia ad Deum ip-  
sum referens, cui se actionesque suas com-  
mendas

mendabat. Quantum potuerit eloquencia  
iudicium penes iniquissimos esto, mihi  
quidem videtur fuisse Sathana, eiusq;  
complicibus, quod Francisco Regi Gallia  
Matthaeus Langus, de quo iudicabat, multa  
plus sibi periculi. Sedunensis facundie  
vim, quam legionum Helueticarum cuspi-  
des attulisse. Etsi autem i quibus est ma-  
gna caloris copia, natura facundiores &  
gratiam maiorem habere in dictis cense-  
antur, quam qui perpetuo cartis inhare-  
ant, & membra vel organa, quibus in ser-  
mone utantur imbecilla, nec bene munis-  
ta, exiguasq; in pectore spiritus gerant,  
consuetudine tamen domestica & multa  
exercitatione illum profecisse plurimum,  
cum antea balbus & ῥαῦλ & fuisset, ex  
illo saepe audiuius. Vnde cathedra ipsius  
vana & sterilis non erat. Conciones quoq;  
sacra, quae lucernam olebant, aculeos &  
stimulos in animis hominum relinque-  
bant. Vt autem in iis, quae contraria sunt  
natura & rationi, quae ad stomachum nis-  
hil faciunt, & ferme in spe tantum sunt  
posita, altas radices orator agat, supra  
D 3 humani.

humani ingenij vires diuina potentia est.  
Nihil igitur sine Numine implorato caelesti dicebat facti abate, & cum plerique mirarentur *ἡμετέριον* & gratiam illius. Quid, inquit, per pectora hominum efficaciam meam non est scire, hoc tamen ausim affirmare constanter, me egregie colaphisatum à Diabolo per *θλίψεις*, *ἀγώνους*, *σευχοχούους* totum me permittere potestati Dei ardentissimeq; orare, ut ipse me linguamq; & populum regat, & verbo suo incrementum adferat. Quod si & vos faceretis sepositis gloriam vestram Rhetoricationibus inutilibus quarentibus maiore cum fructu *ἐν ὑμῶν σακίωσιν* versaremini. Et si interea bardulorum & caluorum quorundam morsus effugere planè non potuit, qui volunt alios omnes reprehendere cum vix cucurbitas pingere queant. De quibus dicebat: Quam vellem me esse talem Theologum, quales sibi isti videntur, ut autem talis sim, quales isti auertat Deus. Consequerebatur etiam de improba vanitate illorum, quibus pulcrum videretur, & cum aliqua laude coniunctum de poculis ad  
conci



concionones descendere, sed contingere illis  
quod Aeschylus Poeta, qui sua carmina multo  
vino madida scribebat, & hinc laudem  
aucupabatur. De quibus sapientes iudica-  
uerunt, Et si bene scriberet, tamen quid scri-  
beret ignorare. Ita nec hos meminisse eorum,  
quae dixerint. Quod si concedendum, cum laus  
deperactum, minus tamen pie & conuenien-  
ter fieri. Accidere itaque iusto Dei iudicio ple-  
rumque, ut diuinam subeant penam, sicut Cas-  
millus Quernus Archipoeta ille, qui abus-  
sus ingenio infinita carmina in torrentis  
morem rotundo ore decantabat, non sine  
admiratione multorum, & diu inter erus-  
dite voluptatis instrumenta apud Leo-  
nem Pontificem max. erat, sed nihilo dis-  
tior inde factus defuncto Pontifice, pro vi-  
no Leone benigno se in multos feros inci-  
disse lupos conquerebatur, & seipsum pra-  
eestate suspendebat. Vultus erat aquas-  
bilis & ad grauitatem compositus, sermo  
sale & lepore non inurbano conditus. Mo-  
res eximiam seueritatem cum humanitas  
te temperata, & vitae sanctitatem praese-  
ferebant, quibus competebat istud Me-  
nandri ὄτι πῶς ἐστὶ ὁ πείθων τοὶ λέγοντες,  
οὐ λό.

ὅτι λόγῳ. Unde nemo tam durus & morosus erat, quin consuetudine eius plurimum delectaretur. Iniurias ita ulciscabatur, ut contemneret vel ferret plerasq;. Quas tamen honestè dissimulare non poterat, iudici competentis delegabat, ne accideret quod Scyraphida, quem Ephori multarunt, quod à multis iniuria affectus, de ijs conquestus non esset, ignaviam interpretantes fuisse in causa, quod complures auderent eundem ledere. In reliquis etsi non deesset materia respondendi, linguãq; haberet plura loquendi de illis, ut Augustus Imp. conuiciatori suo Æmylio Æliano respondet, tantùm tamen abfuit, ut faceret, ut optimè quoq; illorum meminisset. Ea animi equalitate in utraq; fortuna, ut neq; secundis difflueret, nec rebus aduersis frangeretur. Aditu & affatu difficilis non erat, ut solent, quos inflat scientiæ opinio. Habent hinc opinor multi quod ipsi acceptum referant. Adeoq; hac virtute, qua homo ad Deum proximè accedit delectabatur, ut rarò paratã haberet pecuniã, & quamuis omnino non accideret,

deret, quod Francisco Philelpho, qui Bononia obiit adco dissipatis rei domesticae copijs, ut ad efferendum funus cubiculi & coquinae instrumenta venierint: nec nobis, quod filio illius Mario iuveni egregie docto, qui paterna potius virtutis quam multa haeres substantiae relinqueretur, at tamen clam nobis debita contraxerat in eum solum usum, ut egenorum inopiam subleuaret. Et quarebat de Theologiae Doctoris Erfurdensis Iohannis Langi intentione, qui cum in singulos dies stipendium Ioachimici Vallerensis nummum haberet, quantum ad victum & amictum necessariasque eius diei satis erat, impendit quidem, sed quod supererat, pauperibus distribuit, ita cum in viuis esse desisset, reliquum nihil esset, unde familia bonis suis defraudata viueret. Nec laudabat factum presbyteri Alexandrini Isidori, qui cum abundaret opibus, suis tamen moriens pecuniam relinquere noluit, verbo & fiducia diuinae bonitatis confirmans. Ipse cum delectu eam quidem exercebat liberalitatem, ut apud multos amentiae adscriberetur, quod

D 5 virtuti

virtuti & pietati erat tribuendum, sed  
qui, ut Diogenes suis respondebat, amens  
minimè erat, quamvis eandem quam ipse  
vellent mentem minimè haberet, fontium  
tamen suorum Dominus esse nouerat. Eor  
dem modo valde erat φιλόφιλος, qui ad  
uentantes hospites aliunde, quoniam officio  
rum genere prosequeretur difficulter in  
ueniebat, cum quibus etiam in multam  
noctem colloquia protraherebat. Quæ res ap  
pud Memmios istos occasionem olim dede  
rat calumniandi quasi alterum Uticens  
sem, qui totas noctes ebrius esset, quibus  
tamen cum Cicerone responderim, cur non  
totos dies ludere addant, nam diem Ec  
clesiæ & reipub. dabat, quæ superstitiosè  
Herculeo plus labore procurabat, nocturn  
as interdum saltem horulas unam atq;  
alteram cum amicis laxando animo sus  
mebat, inprimis si apud honestiores esset,  
cum magnis enim viris insanire interdum  
decorum existimabat. Res Ecclesiæ mult  
tum, inprimis in Visitatione posteriore mās  
dato principis Electoris Iohannis Georgij  
per D. Andream Musculum, & D. Andream  
am

am Prætorium V. V. C. L. L. de Eculeſia &  
plurimis Opt. meritos, inſtituta adiuvit  
& auxit. Manè tere ſecunda aut tertia  
ante lucana ſurgebat συγχρωτιζόμενῳ τῷ  
θεῷ ἀθωάτοις ἐκ τῶν τοῖς νικητοῖς, tempus illud  
ſtudijs & mentis exercitationi magis ac-  
commodum ratus, quam Scopeliani Sophi-  
ſta noctem, de qua ſubinde exclamauerit,  
ὦ νύξ σὺ γὰρ δὴ πλῆθος σοφίας μετέχας μέ-  
γῳ θεῶν, reliquum pub. negotijs tribuens  
parùm ad curam corporis referebat, aliàs  
ne in ſenectâ & corpore graui horulam  
ſtudijs ſubtraheret, ſe quotidie etiã cum  
in ſepulcro pedem haberet addiſcentem  
fieri doctiorem affirmans. In menſa quoti-  
diana magis de rebus diuinis colloquia  
quàm epulationes curabat. Sicut in omni  
vita voluptatem nullam capiebat iocunde-  
diorem, quàm ex cœtu virorum inſignis-  
ſum, qui eruditionis & virtutis nomine  
commendati erant, qui ſubinde ad eum  
ex Academia, aula & varijs locis conſue-  
bant. Cum auaris familiaritatem nullam  
contraheret, vel ſi contracta eſſet, renun-  
ciabat, ut qui ciues metropolitani eſſent  
omnis

omnis improbitatis, quibus merito fieret,  
ut cum hic vitam vitalem non viuerent,  
alijs <sup>top</sup> <sup>Blöp</sup> vitam & victum relinque-  
rent: Frugalis quidem erat, sed sic ut ad  
munditiam & elegantiam dignitatemq;  
nihil deesset: sine fastu agebat, sic ut una  
atq; altera tantum veste vteretur, cum  
Fulgentio sentiens, corda potius quam  
vestimenta mutanda. In hoc uno repres-  
hendendus quod facilius esset ad creden-  
dum, si tamen culpandum est, quod cum  
bonis cōmune habet, quò n. quisq; est meli-  
or, eò minus alios improbos esse suspicatur.  
Ceterum pacis studiosissimus erat, & cum  
à multis annis Senatui Lansbergio, ciuis  
busq; cum Crummensenensibus contentio  
incideret, quatenus potuit, concordia sem-  
per auctōr extitit, multaq; auertit, ut  
verè clypeus Lansbergiorum esset. Est au-  
tem Lansbergum ex antiquissimis Mar-  
chia urbibus una: olim aula fuit Princis-  
pum Electorum ex familia comitum  
Ploccensium, quorum ultimus Conradus  
fuit, qui comitatus hodiè est sub ditione  
Principis Anhaltini, ex qua se suosq; iua-  
tati

tati sunt XXX. annos amisso Brandens-  
burgo, & ut ex ruinis apparet, ampla olim  
fuit, & egregie munita. Sed bello afflictæ  
à Vandalis, Bohemis & Hussitis multum  
à pristino splendore detractum, ut hodiè  
difficulter formam splendida, attamen  
ampla ciuitatis sustineat. Ab hac Marchia  
ones à Lansberg nomen habent. In reli-  
quis nihil vicinis urbibus cedit, siue loci  
species amantatem, siue ubertatem.  
Habet enim suauolentes hortos pluri-  
mos, viridaria & prata magno numero  
luxuriantia, agros fertilissimos, lucos sa-  
luberrimos, pomaria fructuosissima, siluas  
copiosissimas, stagna piscosissima, &c. ut  
cuius solers facile quid desiderare non  
possit. Fuit illa semper sub Marchionum  
legitimo Imperio. Sed circiter annum  
CHRISTI 1400. mutationem ali-  
quam passa est, cum à Sigismundo Caroli  
IIII. F. oppignorata esset Marchia, Iu-  
sto & Procopio Moravia Marchionibus,  
quam Iustus quidem summa cum subdito-  
rum expilatione annos XXI tenuit, sed  
Procopio & Stobislao bello, rapinis & in-  
cendijs

ceudijs Morauiam vastantibus, ne dum  
aliena defendit sua amitteret, non suffis-  
cienibus pecuniarum neruis, tandem  
Vilhelmo Marchioni Misniae & Turin-  
gie Landgrauio, certa accepta pecunia  
tradidit, à quo Sigismundus eam recepit.  
Antequam vero discederet ex Marchia,  
Lansbergum nobilibus à Crummenseh.  
et si naturalis Dominus non esset sed pere-  
grinus, & quod integrum acceperat inte-  
grum restituere vero Domino debebat, pro  
suo arbitratu, quo uniuersam Marchiam  
expilationibus infinitis exhausit, & ad  
summam paupertate rededit, sine con-  
sensu veri Domini & hereditarij op-  
pignoraui admodum uili pecunia, ut uix ho-  
die tuguriolum rustici ea coemeretur. Cum  
autem paulo post Sigismundus Imp. in Mara-  
chiã Fridericũ Noricum Burggrauum pro-  
pter singularẽ sibi in Bohemicis & Ungaris-  
cis bellis prestitam fidẽ plenaria possessione  
cum omni iurisdictione unmisisset, Cal. Ma.  
Anno Christi M. CCC. XV. ad eum, an-  
tequam in has regiones ex Francia cum  
imperio ueniret Leopoldus, ni fallor, Crũ-  
mens



menschnensis Onolsbachium gratulabundus  
inter primos accelerans, confirmationem  
concessionis Lansbergi petijt, quam  
impetrauit quidem, sed ea cum exceptio-  
ne, quatenus possessionem illius ordinari-  
am & legitimam probare posset. Inde cer-  
tis pactis inter eos & Senatum est actum,  
à quibus discedere non facile possunt. His  
autem violatis contentiones erant, inter  
quas etiam discordias Deus illum ex hac  
arumnosa miseriarum valle ad se transtulit.  
Filijs etsi patriæ ornamento esse vole-  
bat auctor erat, ut extra illam potius vi-  
uere mallerent, literis enim ubiq; inueniri  
patriam, ubi messis gloria uberior & ma-  
ior parata auctoritas esset. In senectute  
tandem, in qua virtus, ut omnia, decre-  
scit, aliquantò iracundior erat, sed ætatis  
hæc non viri culpa. Alias reuera admiran-  
dus magis quam insectandus, sicut multi or-  
um inuidiam in uita & periculosa consi-  
lio experiebatur. Quibus partim acciuit,  
quam Cardinali Baluensi, qui nouas ra-  
tiones parandi carceres excogitauerat,  
& in eam primùm quæ perfecta fuit, in-  
clusus

clusus est. Reliqui canes ad huius molossi  
aspectum proycere sese & adulari cauda  
solebant, & Eurybatissare, donec Darhan,  
Corah & Abiron suum haberent fatum.  
Ad doctrinam & officium quod attinet,  
non erat αὐτοδίδακτος & quarens ἀπολαυστι-  
κὸν βίον, sed inter ἀκροάματα Theologo-  
rum educatus, qui non ἐσαδῆς siculis, ut  
aiunt, gerris frigidiora docerent, sed do-  
ctrinam Ecclesie absq; τῷ βιβλίῳ integram  
intelligerent, à quibus rectè, ut aiunt,  
libare, & litare didicit. Quod igitur per  
μάθησιν & usum consecutus erat, id omne  
per διδασκαλίαν in pub. utilitatem libera-  
liter effundebat, verbum Dei ritè secans,  
& omnia ad legem & testimonium refer-  
rens, & ad Dixit Dominus, pœnitentiam  
& remissionem peccatorum predicando, se-  
cundum ἀναλογίαν confessionis Augusti-  
nae. Et hic agebat non ut vulgus hodiè  
Theologorum factitant, quos turbae mini-  
stros Diogenes vocat Cynicus, qui multa  
verborum utuntur circuitione, ne offens-  
dant auditorem impudentissima gula  
mancipia, imitati sacerdotem Hammoniz

am, ad quem Alexander M. cum venisset,  
partim metu, partim beneficij cupiditate,  
turpiter omnia approbavit, quæcumq; quaereret  
Rex, impie prætendens, postquam in  
secretiorem locum templi se recipisset, esse  
Iouis promissum & voluntatem. In Syno-  
dis magna παρρησια defendebat id quod  
iustum erat, eoq; nomine aliquorum susti-  
nere coactus est calūnias. Amara enim est,  
iuxta Hieronymum, veritas, & qui eam  
predicant, replentur amaritudine. Et sicut  
ut cœna Domini crebrò utebatur, ita sac-  
ramenta summa reuerentia administra-  
ri, deniq; omnia in Ecclesia decenter fieri  
volebat. Accidit ut Diaconus loci illius  
guttulas aliquot in actione cœna Domini  
imprudenter in quadam consternatione  
profunderet, ille quam potuit diligentiss.  
magna veneratione ore lambente excipit  
illas: Et Diaconus quidem paulò post à  
Diabolo obsessus est, qui insolenter multa  
non sine multorum molestia dixit &  
fecit. Sed ab hoc tandem liberatus pub. &  
privatis precibus è vita placidè discessit.  
Assiduè unam atq; alteram horam matut

E tinam

zinam precibus habebat destinata, quas  
credebatur ea in Deum fiducia, & potens  
tia facere, ut multi ad eum in calamitas  
tibus presentissimis ex locis quoque remotio  
ribus religiose confugerent. Singulari au  
tem pra multis alijs erat à Deo authoritas  
te & gratia in docendo & agendo ornas  
tus, ut non minus, quod de Erasmo res  
citatur, per iocum Petroselinum non  
esse Petroselinum vel doctis persuadere  
posset: Homo magni Spiritus, zeli, & fidei,  
& ut secundum Pauli instructionem δι  
δάκτικος esset, studiosissimus. Quid verò  
docuerit, equidem breuiter ipsum audiam  
mus differentem. Cum enim ἀπολύτρωσιν  
suam non procul esse sentisceret, aduocata  
domi concione vniuersa populi, in ea fere  
mè verba locutus est. Gratias vobis, carissis  
mi, ago, quod sine molestia me pastorem  
vestrum extremum salutaueritis, in hoc  
non solùm morbo meo graui, sed ipso penè  
agone, quando tempus resolutionis meae  
instat. Certamen enim bonum decertavi,  
fidem seruavi, cursum consummaui, & repos  
ita est mihi corona iustitiae quam reddet  
mibi

michi Dominus in illa die. Reliquum igitur  
est, ut verba testimonij Dei apud vos des  
ponam, & vos Deo opt. max. commendem.  
Et quod ad me attinet, cum primum huc  
venissem, auctori omnium bonorum gratis  
as egi, quod Euangelij lucem per Marchia  
am & in hac quoq; repub. data placida  
ἐπιμελῆς, accenderit, precatusq; sum ut in  
hac paucitate saluandorum Ecclesiam sua  
am seruaret, ipse ἀρχιμανδρίτης peritissis  
mus gubernaret, nec pateretur inter nos  
fieri vastitatem, in primis ubi dies extrea  
mus imminet, de quo tamen mihi sumere  
iudicium volui, sicut Ioachimus ille Abbas  
Vrbano III. Pont. Max. illum intra duas  
generationes venturum praedixit. Me  
quoq; ita comparavi, vitamq; meam, ut  
quidquid agerem, id omne ad reipub.  
Christiana utilitatem referre conarer.  
Hunc tandem peregrinationum, medita  
tionum, lectionumq; assiduarum & studis  
orum finem propositum habui, ut si quid  
in pietatis laboribus consecutus essem, id  
omne in pub. commodum liberaliter effund  
derem. Huius mei voti cum in ciuitate

vestra de prouidentia Dei reus factus es-  
sem, in amplissimum me solitudinum  
campum immissum existimans omnibus  
modis connitendum putavi, ne tanto onerari  
impar, vel oscitantia vulgata vel ini-  
quitate iudiciorum, qua fere premimur,  
vel inuidia emulorum, qui libidinem  
pereundi & perdendi omnia inuehunt,  
succumberem. Vtcunq; tamen accidit, et si  
inter turbas multas viri boni fama non  
solum in obscuro esse, sed etiam periclitari  
solet, diuina tamen fauente gratia non  
multum nomini nostro offecerunt. Fecimus  
quod per gratiam Dei potuimus. Certè  
quidquid in me fuit, ciuitas vestra iure  
suo sibi vendicauit, cui non noua, non in-  
tricata, aut otiosorum hominum tricas Ap-  
pinas proposuimus, sed verbum Dei, secun-  
dum eam virtutem, quam nobis diuina  
tribuit clementia. κακοποιῶν extremè  
odi, & eo me nomine suspectum vobis esse  
minimè existimo. Si quoq; tales se offer-  
rent, minimè pedem figere passus sum.  
Quantum enim ab istiusmodi hominibus  
sit metuendum, nunquam vos experiri  
vellem;

vellem. Si quis in agro sulcum transuersam ducit, errat ille quidem & delirat uehementer, sed error ille correctu facilimus est, at qui peruerse & impie docet, Deum immortalē quot ille hominum delinquit incommodo & periculo. In hac nauigatione ad clauum sedente Christo remigys suis me strenue & alacriter adiuuerunt fratres & amici mei, qui partim in Domino obdormiuerunt, partim hic & alibi suam adhuc conferunt Ecclesie operam. Si quid praestitum id omne Deo acceptum referendum merito censeo, sine quo nihil humana potest fragilitas. Sed me ad se Deus reuocat, quid uobis sit faciendum ne quid detrimenti uestra Ecclesia capiat, secundum Deum posthac prouidebitis. Quantum ego uos noui, cepistis quidem bene, sed qui ad finem usq; perseuerauerit saluus erit. Non cessabit boni deprauator vires intendere omnes, ut tantum a uobis bonum profugiet, nec in uno loco labor hic infaustissimus illi successit. Dabit is igitur operam, ut post meum quoq; obitum in agnita ueritate Euangelij persistatis, corde sincero credatis,

datis, & ore confiteamini ad salutem, nec  
aliorum πολυκεφάλων iudicio prouehamini,  
ni, qui aliud sentiunt, aliud docent. De  
me quidem affirmare possum, nihil mihi in  
omnibus virib. meis tam sepositū, tam sin-  
gulare fuisse, quin vestris desiderijs & vo-  
luntati penitus deseruierit. Et quàm vel-  
lem omnia sic esse accepta, ut sunt tradita,  
ita facta, ut sunt dicta, sed multi sunt  
inter vos degeneres, v dum & molle lutum  
acri fingendum rota, multi valde pertinaces  
in πονηρίᾳ. Sed quidquid eius fuerit dis-  
em hodiernum finem, & initium eorum  
quæ salus vestra desiderat, allaturum ves-  
stra promittit attentio. Est ferè alteratio  
in rebus humanis. Vos queso abnegato mū-  
do date fidem Spiritui & accipite, ad vir-  
tutem aspirate altissimi, quæ datur peten-  
tibus, & ne deficiatis in via efficiet, qui  
salutis nostræ est cupidissimus, adeò ut si  
necesse esset, iterata morte secundum pro  
nobis se dare paratus sit, penes quem stat  
iudicium de vniuersa carne, in hunc solū  
respicite. Quomodo autem ille vobis sit  
placandus, sæpè audistis ex me, ad quem si  
de



de profundis clamatum fuerit serio & do-  
lenter, petit aq; peccatorum venia, pro qua  
orat necessario sanctus omnis, & creditum  
fuerit facultatem ei & voluntatem nullam  
deesse ad saluandum vos, & quia credis-  
distis, locuti fueritis, eum glorificando in  
operibus, mandataq; eius & leges, quan-  
tum fert nostra imbecillitas seruaueritis,  
ut sicut ipse sanctus est, & vos quoq; fue-  
ritis, credite mihi, causa sublata malorum,  
ipsa quoq; mala finem suum sortientur. Te-  
stis mihi erit Deus, testis mea conscientia,  
ipsa adeo subsellia, parietesq; templi voco,  
vos quoq; qui adstatis appello, qui scitis,  
quali sint omnia a me in causa salutis ves-  
tra & gloria Dei fidelitate tradita. Multi-  
tis fortassis sic est persuasum, ad meum hac  
ἔργον pertinere, & pro more & consue-  
tudine dici & fieri. Sed res mea non agi-  
tur, quamuis illa quoq; agatur, si tace-  
ro, vestra spectatur. Quod peccatur in-  
terdum leue est, attamen quia contra mā-  
datum Dei accidit, grauissime luendum  
est, nisi interueniat misericordia Dei.  
Quid dicam de ijs, qui florentissimam uitae

partem Diabolo consecrant, & interim de  
gratia Dei sibi promittunt egregia. sed  
multum falluntur. Si enim ijs, qui linguam  
habent multo absynthio infectam, deinde  
quidquid biberint, vel ederint, absynthi-  
um sapit. Quid futurum est ijs, qui bonam  
vitae partem in his viciorum inquinamen-  
tis perdididerunt, num & ipsos caelum, num  
sancta sapere putabimus? an non quod ipsi  
circumferunt. Quam vellem vobis hic idem  
mecum animus esset. Quod autem unum  
potui per gratiam Dei, & donum in me  
collatum haecenus committere nolui, ut  
tales in hunc gregem irruentes plane eum  
possiderent & tenerent subactum. Nunc  
autem agite ipsi, ut in peregrinatione ve-  
stra ad vitam aeternam Ducem & Xenar-  
gogum fidelem, sunt enim hodie δειματω-  
γοι multi, accipiatis, quem vobis bonitatis  
pater largiatur. Ego decurso meo curriculo  
depono meam apud vos unam cum exuvijs  
meis doctrinam, quam annos XXXVI multa  
lectione, meditatione & tentatione as-  
pud vos probatam docui, integritate ea,  
qua decebat, & ut spero non sine fructu,  
absit

absit enim ut noster in Domino labor sit  
inanis, cui iam moriens insisto constanter,  
& quidem iuxta ἀναλογίῳ confessionis  
Augustanae, ad quam me refero. Sed quia  
multipliciter illa sit his annis tentata,  
quid de precipuis certaminibus senserim  
repetam. Primum erat certamen post ab-  
dicatam Pontificiam Idololatriam de As-  
diaphoris. Etsi autem in his regionibus IN-  
TERIM natum crederetur, aitamen reci-  
pere minimè volui, ceremonias tamen alis  
quot secundum principis nostri constitu-  
tionem in Ecclesia, quae minimè cum pietas-  
te & verbo Dei & legibus pugnarent, res-  
tinui. Sūt enim ceremonia quasi lac & nu-  
trimentum ad pietatem. in profanas mi-  
nimè consentiri volui, sic ut etiā de fora-  
tunis meis ea de causa periclitarer, nolens,  
simul Baal & Deo servire, in duas partes  
claudicando. Et quantum potui dedi ope-  
ram, ut omnia decenter & ordine fierent,  
non tamen sic, ut ex his petenda esset sal-  
lus vitæ nostræ. Frustra enim coli Deum  
mandatis hominum intelligitis, quæ si pro  
necessarijs ad salutem defendantur, esse

Demoniorum doctrinas, iuxta regulam  
usitatam: Adiaphora in casu confessionis,  
scandali & necessitatis fiunt mortalia. Se-  
cutū est schisma aliud, quod iustitiam in  
Deo essentialē nostram volebat iustiti-  
am, merito filij Dei reiecto. Ad hunc ego  
errorem minimē tacui, nostram euincens  
esse iustitiam illam imputatiuam Christi  
IESU, quam per obedientiam suam nobis  
promeruit, eam quæ consistit in remissione  
peccatorum per solam gratiam sine operib.  
nostris, per redemptionem, quæ est in Chris-  
to IESU. Docui Spiritum sanctum cres-  
dentibus dari, qui illuminet & renouet  
corda nostra, ut virtute & operatione il-  
lius incipiant Deo obedire, sed tamen mi-  
nimē obedientiam illam esse iustificationis  
nostræ causam, sed tantū fidei fructum,  
qui iustificatum necessariō sequatur. Ho-  
mo enim propter lapsum ita deprauatus  
est, ut ad bonum efficiendum omnino sit  
ineptus, & quia peccata etiā magna sanz-  
ctis inhereant, qui sexies in die cadant,  
obscurantur nostra opera, quæ aliàs per se,  
licet optima, in hac vita mortali perfectios-  
nem

nem minimè recipiant. Ad liberum arbitrium quod attinet, ostendi hominem in rebus diuinis esse truncum, nec carnem percipere quæ sunt Spiritus. Aliam fuisse hominis vim & conditionem ante lapsum, viribus illius, qui erat imago Dei integra, corpore & animo, in intellectu & voluntate saluis & incorruptis, qui ex hac naturali luce intellectus sui, potuit essentiam & voluntatem Dei secundum legem nature insulam rectè & verè intelligere, nec difficile fuisse naturali facultate & voluntate legi Dei perfectè obedire, externè & interne, & habuisse libertatem in ea obedientia manendi aut discedendi ab ea. Sed arbitrio hoc ab usum hominè, & peccato obnoxium factum, viribus animi & corporis vniuersis corruptis & deprauatis sese perdidisse & illud. In externis quidem, quantum ad corporis sustentationem pertinet, aliquo modo retinere, quatenus tamen non carnis imbecillitate aut Diabolo impediatur. Sed in rebus anime esse seruum arbitrium, & habere se hominem merè passiuè, qui si conuertendus sit, opus esse

esse DEI, qui ex gratia per Christum,  
spiritum sanctum mittit, qui in eo fidem  
veram & conuersionem operetur. Qui  
igitur gloriatur, in Domino gloriatur,  
qui dat velle & perficere. Aliàs non sumus  
idonei cogitare aliquid à nobis. Etsi au-  
tem DEVS immediate hac nobis confere-  
re omnia posset, attamen diuina opera  
sua regulariter efficere per media ordi-  
nata Verbum & Sacramenta solet. Per hac  
illuminat, conuertit, & conseruat Spiritus  
sanctus hominem in vera fide, quæ est  
ex auditu. Verum igitur est, Operatio-  
nem spiritus sancti in nullo homine nisi  
ministerium usurpante expectari.

Turbata quoque fuit Marchia nostra  
ab Antinomis, & pugnatum est acriter  
ab utraq; parte classicis scriptis. Sed quia  
à Luthero antesignanus eorum erat pro-  
stratus, minus detrimenti ceptum est.  
Docui vos semper fidem sine operibus mor-  
tuam. Christianismum verum esse τὸν πί-  
στιν καὶ τὰ ἔργα. Nolite igitur vos met-  
ipsos decipere, Scortatores, adulteri non  
possidebunt regnum Dei. Et si secundum

lar 3

carne[m] vixeritis moriemini. Maxima au-  
tem controuersia fuit de cæna Domini,  
Christiq[ue] ascensione, eiusq[ue] omnipotentia  
secundum humanitatem. Qui negant in  
cæna corpus & sanguinem Christi substã-  
tialiter porrigi fundamentũ erroris sui ra-  
tionẽ habent. Sed qualis hæc est fides cre-  
dere, quæ oculis sunt subiecta & sensibus  
rationis quidẽ est, sed cuius adificatio est  
fidei nostre destructio, eiusq[ue] destructio  
nostre fidei adificatio, quæ versatur circa  
res, quæ non videntur. Credimus igitur  
verẽ & substantialiter inuisibiliterq[ue], man-  
nente qualitate panis & vini in cæna  
Domini corpus & sanguinem, qualiter  
in patibulo crucis pro expiatione delictorũ  
nostrorum se obtulit ad placandam iram  
patris, dignis & indignis porrigi ad man-  
ducandum & bibendum, dignis quidem  
in remissionem peccatorum, & commes-  
morationem Christi, eiusq[ue] bonorum &  
beneficiorum participationem: Indis-  
gnis autem ad iudicium: transsubstanti-  
atione Pontificiorum reiecta figuris tropis  
bus Sacramentariorum & quibuscunq[ue]

κατα

κατα τὸν δῆλον λόγον facum nobis facere vol-  
lunt, explosis. Interim presentia illius mo-  
dum commendamus ei, qui omnia quas-  
cunq; voluit fecit in caelo & in terra, & a-  
pud quem nihil est impossibile. Hac & alia  
ex fontibus Israelis deducta docui cons-  
tanter, & nunc ceu testimonium mea ap-  
pud vos doctrina depono & trado, cum hac  
obtestatione, ne latum quidem unguem  
ab ea discedatis. In qua vos & posteros  
vestros Deus opt. Max. seruet, ut sitis hares  
des vitae aeternae. Dubium non est tristia  
imminere tempora plena impietatis &  
scandali, magnasq; imperiorum ruinas  
futuras. Sed in his Ecclesiam suam serua-  
bit, qui dicit: Ego portabo vos in senectate,  
& ero vobiscum ad consummationem se-  
culi. O Domine I E S V quem ego docui,  
in quem credidi: quis me eripiet ex hoc  
corpore, ut sim spectator infinitae tuae ma-  
iestatis, & plenè tibi gratias pro tantis  
tuis in me privatis & positivis bonis  
agam. Benedictus Dominus Deus meus, qui  
me benedixit omni benedictione, comedi  
& saturatus sum, qui toties Angelum su-  
um



sum misit in occursum meum, & seruum  
suum custodiuit à malo, malitiamq; ad-  
uersario in caput suum reddidit. Bene-  
dictus Dominus Deus meus, qui non ab-  
stulit veritatem suam à me, ciuemq; Eco-  
clesie sue esse voluit, & peccatorem san-  
guine suo mundauit. Benedictus Domi-  
nus DEVS meus, qui locutus est per me,  
qui me humiliavit, & dedit mihi intelles-  
ctum, vt discerem iustificationes rectas,  
& non amouit à me misericordiam suam.  
Benedicam Dominum omni tempore, sem-  
per laus eius erit in ore meo. Benedicat  
vos quoq; Pater Domini nostri IESV Chris-  
ti, qui custodiat vos, egressum & ingressum  
vestrum, ostendat vobis faciem sua-  
am & misereatur vestri, conuertat vultum  
suum ad vos, & det vobis pacem:  
Benedicite Dominum omnes, qui sperant  
in eum. Sic concionem tristem & gemes-  
bundam cum omnium dolore & fletu dis-  
misit.

Tandem cum in diem tertium se-  
pultura differretur, quod mirandum erat  
in obeso corpore, nullus fator, nulla defor-  
mitas

mitas apparebat, ut dormire non mortuum crederes. Sic XV I. Cal. Feb. in magna frequentia nobilium, ministrorum verbi, amicorum, suorumq; omnium, & civitatis uniuersae luctu publico delatus honorifice in templo ad latus altaris tumulatur, orationem fanebrem Praeposito Bernouiano habente. Sepulcrum monumento lapideo, & post Epitaphio lapideo cum tabula honestatum. In quo expectat aduentum IESV CHRISTI & resurrectionem gloriosam. Veni Domine IESV, etiam veni. Tu vero, Pater cariss. requiesce in cubiculo tuo à laboribus: vive sancta anima & fruire summa felicitate. Ego ut supremum meum in te amorem contestaret, pietatis ergò officia omnia, quae à filio proficisci possent, exhibui. Faxit DEVS, ut breui unà simus. O IESV  
veni, vide, & ius  
d.ca.



976 1846

f

ULB Halle 3  
004 786 05X




Sb1

1846

Handwritten red text on the left edge of the page, partially obscured by the binding.







B.I.G.

Farbkarte #13

<sup>XI.</sup>  
ΔΙΗΓΗΣΙΣ  
PARENTALIS

BREVIS ET PIA  
DE VITA ET OBITU  
NICOLAI LEVTINGERI  
V. & Theologi Opt.

*Auctore*

M. NICOLAO LEVTINGERO.

*Psalmo 118.*

Non moriar sed vitam & enarrabo  
opera mirabilia Domini.



15

86.

XI  
~~1~~

VVITTEBERGAE  
*Matthæus Velack excudebat.*

